id est iustos. Quare resurrexit? Ut nobis exemplum et spem resurgendi daret, quia sicut ipse resurrexit, ita et nos resurgemus de puluere terre. Et quare non ipso die aut altero sed tercio resurrexit? Siue propter trinam substantiam aque, siue quia Adam tribus gradibus peruenit in peccatum, id est in suggestione, delectatione et consensu. Et ideo tercia die resurrexit, ut ostenderet cum ipso statu resurrectionis quia ab ipsis malis liberare nos uenerat, per que in peccatum Ade incidimus. Sedet ad dexteram dei patris. Numquid deus corporeus est, qui habeat dexteram uel sinistram, ut filius dicatur sedere ad dexteram dei patris? Non. Per sessionem equalitas designatur; Aequalitas dei sedet, quia per omnia equalis factus est ipsi deo patri. Siue ad dexteram dei patris sedet, quia inde ipse uenturus est iudicare uiuos et mortuos. inde .i. de celis. Viuos appellat eos quos in carne inueniet uiuos, et mortuos peccatores designat. A cuius aduentu omnes homines resurgere habent cum corporibus suis. Cum corporibus dicitur, quia non erunt corpora aerea et uentosa, sicut heretici dicunt, sed corporibus ipsis quibus uixerunt resurgent. Et reddituri sunt de factis propriis rationem. Quomodo reddent rationem? Numquid uerbis? Non. Rationem enim reddituri sunt, quia omnia quecumque egerunt manifesta erunt. Et qui bona egerunt ibunt in uitam eternam. Vita eterna dicitur, quia est et temporalis. Qui uero mala, in ignem eternum. Ignem eternum appellat ad distinctionem illius qui est temporalis, siue ad distinctionem illius purgatorii qui est salutaris. Hec est fides catholica. Et ut eam artius in cordibus fidelium inculcaret, sepe repetit dicens: Hec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter, id est absque ruga, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.

De iudeis quomodo ante baptismum examinari debeant. Ex concilio Agathensi. Iudei quorum perfidia ad uomitum frequenter redit, si ad legem catholicam uenire uoluerint, VIII menses inter catecuminos ecclesie limen introeant, et si pura fide uenire noscuntur, tunc demum baptismatis gratiam mereantur. Quod si casu aliquo periculum infirmitatis intra praescriptum tempus incurrerint et desperati fuerint, baptizentur. DB IV 81

De iudeis ut nullus eis uim ad credendum inferre debeat. Ex concilio Toletano. De iudeis autem hoc precepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum uim inferre. Cui enim uult deus miseretur, et quem uult indurat. Non enim tales inuiti saluandi sunt, sed uolentes, ut integra sit forma iustitie. Sicut homo propria uoluntate arbitrii serpenti obediens periit, sic uocante se gratia dei proprie mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non ui, sed libera arbitrii facultate ut conuertantur saluandi sunt, non potius impellendi. Qui autem iam pridem ad christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisenandi, quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos et baptismi gratiam suscepisse et crismate unctos esse et corporis domini et sanguinis extitisse participes, oportet ut fidem quam ui uel necessitate susceperunt tenere cogantur, ne nomen domini blasphemetur, et fides quam susceperunt uilis ac contemptibilis habeatur. DB IV 82

Ut iudeorum filii baptizati ab eorum consortio separari debeant. Iudeorum filios uel filias baptizatos, ne parentum ultra inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus, deputatos autem monasteriis aut christianis uiris aut mulieribus deum timentibus, ut sub eorum conuersatione cultum fidei discant, atque in melius instituti tam in moribus quam in fide proficiant. DB IV 83 Ex eodem cap.

Ut nulla communio sit hebreis ad fidem christianam translatis cum aliis nondum baptizatis. Sepe malorum consortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos qui ad uitia proni sunt. Nulla igitur communio sit hebreis ad fidem christianam translatis cum his qui adhuc in ueteri ritu consistunt, ne forte eorum participatione subuertantur. Quicumque igitur amodo ex his qui baptizati sunt infidelium consortia non uitauerint, et hi christianis donentur et illi plublicis cedibus deputentur. Ex eodem cap. DB IV 84 ad inferos; Quare resurrexit? Ut nobis exemplum et spem resurgendi daret. quia sicut ipse resurrexit, ita et nos resurgemus de puluere terre; Et quare non ipso die aut altero, sed tertio resurrexit? Siue propter trinam substantiam aque, siue quia adam tribus gradibus peruenit in peccatum, id est in suggestione, delectatione et consensu; Et ideo tercia die resurrexit, ut ostenderet etiam ipso statu resurrectionis quia ab ipsis malis liberare nos uenerat, per que in peccatum ade incidimus; Sedet ad dexteram dei patris; Numquid deus corporeus est, qui habeat dexteram uel sinistram? Ut filius dicatur sedere ad dexteram dei patris? Non; Per sessionem equalitas designatur; Aequalitas dicitur sedere, quia per omnia equalis factus est ipsi deo patri; Siue ad dexteram dei patris sedet. Inde (Inde i. de celis) uenturus est iudicare uiuos et mortuos; Uiuos appellat eos quos christus in carne inueniet uiuos, et mortuos peccatores designat; Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis; Cum corporibus dicitur, quia non erunt corpora aerea et uentosa, sicut heretici dicunt, sed corporibus ipsis quibus uixerunt resurgent; Et reddituri sunt de factis propriis rationem; Quomodo reddent rationem? Numquid uerbis? Non; Rationem enim reddituri sunt, quia omnia quecumque egerunt manifesta erunt; Et qui bona egerunt, ibunt in uitam eternam; Uita eterna dicitur, quia est et temporalis; Qui uero mala, in ignem eternum; Ignem eternum appellat ad distinctionem illius qui est temporalis, siue ad distinctionem illius purgatorii qui est salutaris; Hec est fides catholica; Et ut eam artius in cordibus fidelium inculcaret, sepe repetit dicens: Hec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter, id est absque ruga, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit;

De iudeis quamdiu ante baptismum examinari debeant. Ex concilio Agathensi. Iudei, quorum perfidia ad uomitum frequenter redit, si ad legem catholicam uenire uoluerint, octo menses inter catecuminos ecclesie limen introeant, et si pura fide uenire noscuntur, tunc demum baptismatis gratiam mereantur. Quod si casu aliquo periculum infirmitatis intra prescriptum tempus incurrerint, et desperati fuerint, baptizentur. DB IV 81

De iudeis ut nullus eis uim ad credendum inferre debeat. Ex concilio Toletano. De iudeis autem hoc precepit synodus sancta, nemini deinceps ad credendum uim inferre. Cui enim uult deus miseretur, et quem uult indurat. Non enim tales inuiti saluandi sunt, sed uolentes, ut integra sit forma iusticie. Sicut enim homo propria uoluntate arbitrii serpenti obediens periit, sic uocante se gratia dei, proprie mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non ui, sed libera arbitrii facultate ut conuertantur suadendi sunt, non potius impellendi. Qui autem iam pridem ad christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisnenandi, quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos, et baptismi gratiam suscepisse, et crismate unctos esse, et corporis domini et sanguinis extitisse participes, oportet ut fidem quam ui uel necessitate susceperunt tenere cogantur, ne nomen domini blasphemetur, et fides quam susceperunt uilis ac contemptibilis habeatur. DB IV 82

Ut iudeorum filii baptizati ab eorum consortio separari debeant. Iudeorum filios uel filias baptizatos, ne parentum ultra inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus, deputatos autem monasteriis aut christianis uiris aut mulieribus deum timentibus, ut sub eorum conuersatione cultum fidei discant, atque in melius instituti tam in moribus quam in fide proficiant. DB IV 83 Ex eodem cap.

Ut nulla communio sit hebreis ad fidem christianam translatis cum aliis nondum baptizatis. Sepe malorum consortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos qui ad uitia proni sunt. Nulla igitur communio sit hebreis ad fidem christianam translatis cum his qui adhuc in ueteri ritu consistunt, ne forte eorum participatione subuertantur. Quicumque igitur amodo ex his qui baptizati sunt infidelium consortia non uitauerint, et hi christianis donentur et illi publicis cedibus deputentur. Ex eodem cap. DB IV 84

Wien NB 701

Anno dominicę incarn. Mill. LXX. Indict. VIII. XII K. Iul. dedicauit hoc oratoriū Ernfrid ep̄s altenburgensis ecclę eps consensu Sigifridi archiepi mogontinę sedis rogante & p̄sente Arnoldo abbe monast. sci Albani In honore dni nri ihu xpi & Scę Crucis & Scę Marię ppetuę uirg. & Sci Albani m̄. Reliquię continentur in hoc altari Scę Marię v. Sci Iohis b. Bartholomei apli. Albani m. Sebastiani. Au m̄. Yppoliti m. Romani m. Iuuenalis m. Siluestri pp. Gerdrudę v. Walpurgę v.

DB IV 85 De iudeis qui apostatauerunt. Ex eodē capitulo. Plerique qui ex iudeis dudū ad xpianā fidē p̄moti sunt, nunc blasphemantes xpm non solum iudaicos ritus p̄petrasse noscuntur. sed etiā abhominandas circumcisiones exercere noscuntur. De quibus consultu piissimi ac religiosissimi dñi nri Sisenandi regis hoc scm decreuit concilium. ut huiusmodi transgressores pontificali auctoritate correcti. ad cultū xpiani dogmatis reuocentur. ut quos uoluntas p̄pria non emendat. animaduersio sacerdotalis coherceat. Eos autem quos circumciderunt. si filii eorum sunt. a parentum consortio separentur. si serui. p̄ iniuria corporis sui libertati tradantur. De iudeorum seruis. Ex eodē cap. Item ut si iudeorum serui necdū conuersi ad xpi gratiam euolauerint libertati tradantur. De mancipiis iudeorum que ad baptismum confugiunt. [illegible] Licet prioribus canonibus iam fuerit difinitum ut de mancipiis paganis que apud iudeos sunt. si ad ecclesiam confugerint. & baptismum petierint. etiā ad quoscumque xpianos confugerint. taxato conlato a fidelibus iusto precio ab eorum dñis liberentur. ideo statuimus hoc ut ita iusta estimatione ab omnibus catholicis conseruetur.

Vincens torquentē uictor uincentius hostē.
Palma martyrii quē cepit regia celi.
At nos indignos magna p̄parat potitos.
Corpore sacrato loculo gaudemus in isto.
Hic 7 apostolicus sua p̄ suffragia cetus.
Sic semp dño cōmendat monitib almo.
Crimina que gerat obstantia quęq; remittat.
Et mereamur eū quandoq; uidere p̄ euū

Eugenius eps seruus seruorum dei. Venerabili fri Henrico archiepo. sal. 7 aplica ben. Peruenit ad aures nras quod quidā pseudo nuncii p partes tuas sub noie nro discurrunt. 7 indebitis exactionibus fideles ecclie fatigare p̄sumunt. Que quia tante p̄sumptionis audatia ad infamiā sce Romane ecclie non minus spectare cognoscitur. p p̄sentia tibi scripta mandamus. quatinus p te 7 p epos eccle tue ac suffraganeos tuos et ceteras [illegible] talium studiose ac diligenter attendas. 7 si aliqs eorum in terras tuas ul suffraganeor ~~tuor~~ deuenerint. [illegible] quidam dilecti filii nri Iacinti diac. cardin. seruiens. capi facias 7 tādiu in captione detineas donec qd exinde facere uelimus p scripta nra cognoscas. Dat. Tusculi VIII K. Nov.

V. digna sce Magdeburgensis ecclie archiepc 7 canonici quidā halbstadensis ecclie quā nunc [illegible] qua in fauillas heu redacta ē. capitulo Mag. ecclie. omnibusq; platis 7 toti clero 7 p̄plo eiusdem eccliae ppetuā in dno sal. Sup hac horrendo 7 inaudito scelere. quod dux Saxonie in dnm 7 halberstadensem ecclam ppetrauit luctu 7 merore confecti. rogamus uos ut afflictis conpatiamini. 7 murū uos opponatis p domo isrl 7 [illegible] in plio dni. Siquidem dux halbstadensis ciuitatem funditus destruxit. monasterio bi Stephani. omnibusq; monasteriis 7 ecclesiis igni succensis. canonicos nobiles 7 honestos. puerosq; scolares. 7 plus quam quingentos homines utriusq; sexus p que ita inuenimus. preter eos qui in uinas domorum 7 subterranea adhuc latent. in monasteriis combussit. loca sca 7 lignum dni. omnesq; ornatus ecclarum in fauillam redegit. Epm dnm suum captiuum 7 uinctis tenens. 7 cum eo p̄positum eccle halbstadensis [illegible] 7 alios canonicos quos ipse funibus colligatos secum fecit. Matronas nobiles 7 uirgines deuirginatas prostituit. 7 [illegible] 7 uniuersa orbe terrarum sic his commoueri. ut hec lamentabilis calamitas

Wien NB. 701, fol. 147v